IO. ALOYSII COLLINI

CLERICI VENETI

AD ILLVST.MVM ET REV.MVM

LAVRENTIVM PRIVLVM

AMPLISSIMVM

VENETIARVM PATRIARCHAM

ORATIO.



VENETIIS, CIↃ IↃ XCV.

SVPERIORVM PERMISSV.

IO. ALOYSII
COLLINI
CLERICI VENETI
AD ILLVST. ET REV.
LAVRENTIVM PRIVLVM
AMPLISSIMVM
VENETIARVM PATRIARCHAM
ORATIO.



VENETIIS. CIƆ IƆ XCV.

SVPERIORVM PERMISSV.

ADMODVM ILL.RI ET R.DO

IOANNI MOZANEGÆ

I. V. D.

Prothonotario Apoſtolico, & in Patriarchatu Veneto VICARIO GENERALI

IO. ALOYSIVS COLLINVS. S. P. D.

QVAM *ſuperioribus diebus vt apud amplißimum virum* LAVRENTIVM PRIVLVM *Venetiarum Antiſtitem haberem orationem, auctor mihi fuit præceptor, ac moderator ille meus, cui prorſus omnia debeo, Robertus Cuſanus, eandem vt typis mandatam, & excuſam ſub tuo nomine ederem, atque tuæ fidei, tuoque patrocinio commendarem, amantißimi parentis cùm voluntas perſuaſit, tùm iuſſus etiam coegit. Quare libenter arripere occaſionem in primis optatam inſcribendi tibi, vt nunc ſit, hanc oratiunculam volui, eademque opera teſtificandi, & iudicij de te ipſius, & mirifici cuiuſdam amoris erga te mei. Verè enim hoc dicam, Vir amplißime, cùm omnes, qui te norunt, ita ſingulares virtutes tuas admirari, ac ſuſpicere cogantur, vt eorum nemo ſit, qui ſe ſtudio atque obſeruantia tui cedere cuiquam putet, id certe quidem a me potißimum poſtulare videbatur tùm eximia in te pa-*

te pietas pro tuis in me meritis, quæ cùm & multa ſanè, & inſignia ſint, atque magna nimirum, & illuſtria extiterint tuæ erga me humanitatis argumenta, magnopere lætatus ſum, extitiſſe tempus, quo intelligeres, Collinum Cuſani diſcipulum hoc etiam à magiſtro didiciſſe, vt in Ioanne Mozaniga *integerrimo, ac ſapiẽtiſſimo viro amando, & colendo nemini concedat. Accipe igitur leui denſe hoc munus, qualecunque eſt, debitum tibi, ea fronte, qua ſoles nos, noſtraque, tuendumque ipſum exiſtima ſub vmbra præſidij tui. Nos qiudem vel ex eo, quòd vetera tua in nos beneficia ſemper cumulas recentibus, ſpem capimus, futurum, vt tua humanitas & parentum meorum (parentem enim alterum, quemadmodum par eſt, vel magiſtrum planè ipſum dixerim) obſeruantiam erga te, qua nihil certe fieri poteſt ardentius, & meam tibi obſequendi cupiditatem, qua nihil vnquam erit profectò vel acrius, vel diuturnius, non ingratam fuiſſe declaret: Enimuero maiora tibi præſtare pro tuis in nos meritis & cupimus, & debemus; ſed tamen quando maioribus officijs non poſſumus, hoc ſaltem munuſculo noſtrum ſummum erga te ſtudium declarandum eſſe exiſtimauimus. Vale.*

Ex Muſeo noſtro. XIII. *Kal. Ian.* CIↃ IↃ XCIV.

IO. ALOYSII COLLINI.

AD ILLVST.[MVM] ET REV.[MVM]

LAVRENTIVM PRIVLVM

AMPLISSIMVM

VENETIARVM PATRIARCHAM

ORATIO.

AVDAX nimirum facinus, Ampliſsime, ac ſapientiſsime Antiſtes, alicui videri poſsit, quòd ego omnium infimus, & infantiſsimus, qui præ ætatis, ingenijque imbecillitate à tanta prouincia, quantam nunc aggredi omnino ſtatutum habeo, abhorrere longiſsime deberem, verba, hodierno die, nulla præſertim cauſa oblata, apud te facere audeam, iſta potiſsimum auctoritate, ac poteſtate, iſta eloquentia, & ſapientia, iſta denique integritate, ac virtute præditum. Sed ſi quis huius conſilij, atque inſtituti mei rationem cognouerit, id profectò non prorſus, vt ego ſentio, reprehendendum exiſtimabit; 106
multò verò minus animaduertendum. Quì enim tener ac rudis ego in hac tanta ob paternam iſtam grati erga me animi re ipſa expreſſam ſæpe ſignificationem lætitiæ

ſinu tantummodo ſuo gaudere ſolent, huc ſtatim, quoquo modo poſsim, in medium afferam, atque in conſpectum tuum ſubito profundam? Iudicent de me homines, quicquid velint. nunquàm hanc audaciæ notam (ſi modo ea in me poteſt inhæreſcere) dum huic meæ ſatisfaciam voluntati, equidem à me reijciam, imo verò libentiſsimè recipiam, eamque mihi laudi, non dedecori fore arbitrabor, cùm hùc toto pectore quàmmaximè adnitar, vt laudum tuarum partem aliquam mihi liceat hodie percurrere dicendo; neque enim omnia, quæ de te dici poſſent, oratione mea vt comprehendantur, debes expectare. Quæ enim eſt tanta vis, quæ tanta dicendi copia, quæ hoc ſe præſtare poſſe queat affirmare? etenim tu es vnus hoc tempore, qui ſummam vitæ integritatem cum ſingulari prudentia, doctrinaque coniunctam ita poſsides, vt in dubium venire poſsit, vtra magis excellas. nam ſi anteactæ vitæ tuæ ſingulas actiones diligentius examinare velimus, ita planè ſibi conſtare omnes videbimus, vt nihil prorſus in ijs diſcrepans, nihil non conſentaneum, nihil denique, quod virtutis, & honeſtatis fines tranſcendat, inueniamus. Neque enim tu vnquam vel ab ipſa infantia virtutum igniculos illos à natura tibi, vt ceteris hominibus, inſitos contemnendos eduxiſti, vt eos voluptatibus, otio, inertia, ludis, libidinibus, quemadmodum magna pars mortalium ſolet, ſegnitet elangueſcere, atque emori ſineres; imo cùm primum tibi per ætatem licuit, eos in lucem, atque in iſtam luminis claritatem, qua nihil hodie ſplendidius cernimus, non ſine ſumma omnium admiratione eduxiſti: quæque eſſent hominis partes, cùm apertè intelligere cępiſſes, eas tibi ſtatim ſequendas, ſanctèque etiam colendas animo

xiſti, vt quæ perpetuo ſtudio, ac diuturnis vigilijs, & ſudoribus es adeptus, ea minime apud te, tanquam defoſſum theſaurum, duceres cuſtodienda, nonnullorum hominum inſtituto, qui ſpreta rerum publicarum adminiſtratione, occultarum tantummodo contemplationi addicti, dum ſibi ſolis vt viuere, ita ſapere volunt, ſibi etiam ſolis ſapientiam ſuam alunt, ſoli in latebris ſuis ea perfruuntur, ciuitatibus ſuis vt nullum detrimentum, ita etiam nullum commodum apportant: Sed ad tuam Rempub. more maiorum tuendam, ornandam, augendam, vti bonum virum, atque egregium in primis ciuem decet, ſtatim vt tibi patriæ leges poteſtatem feciſſent, omnem tuam curam, operam, induſtriam, diligentiam, ſtudium conferres. Ita neque tu poſtea vlla in re patriam, neque te patria vnquam deſeruit, ſed mutuis quaſi operis traditis, & tu illam tanquam filius pietatis plenus parentem tui amantiſsimam ſtudio, conſilio, fide tutatus fuiſti, & ea te viciſſim, vt mater optima, ſuauiſsimum filium beneuolentia, caritate, amore ſemper cōplexa eſt incredibili. Declarant hoc ordine quodam propè perpetuo magiſtratus ampliſſimi, tibi florenti adhuc, atque immatura ætate ab ipſa delati, in quibus innocentiam, grauitatem, continentiam, humanitatem, prudentiam, iuſtitiam, animi magnitudinem, conſtantiam, aliasque prȩterea virtutes tuas eximias, atque innumerabiles quaſi aliquo in theatro explicatas oſtendiſti ſic, vt eas cùm admirentur quidem omnes, tùm nulla vnquam dies violet, nulla ætas imminuat, nulla temporum obruat iniuria, nulla deniq; planè vetuſtas deleat. Verum enimuero iſta, in qua nunc magna tua cum laude te exerces, ampliſsima Patriarchalis dignitas cùm non ſecus inter alias eluceat, ac Heſperus, aut Lucifer inter ſyde-

ſinu tantummodo ſuo gaudere ſolent, huc ſtatim, quoquo modo poſsim, in medium afferam, atque in conſpectum tuum ſubito profundam? Iudicent de me homines, quicquid velint. nunquàm hanc audaciæ notam (ſi modo ea in me poteſt inhæreſcere) dum huic meæ ſatisfaciam voluntati, equidem à me reijciam, imo verò libentiſsimè recipiam, eamque mihi laudi, non dedecori fore arbitrabor, cùm hùc toto pectore quàmmaximè adnitar, vt laudum tuarum partem aliquam mihi liceat hodie percurrere dicendo; neque enim omnia, quæ de te dici poſſent, oratione mea vt comprehendantur, debes expectare. Quæ enim eſt tanta vis, quæ tanta dicendi copia, quæ hoc ſe præſtare poſſe queat affirmare? etenim tu es vnus hoc tempore, qui ſummam vitæ integritatem cum ſingulari prudentia, doctrinaque coniunctam ita poſsides, vt in dubium venire poſsit, vtrâ magis excellas. nam ſi anteactæ vitæ tuæ ſingulas actiones diligentius examinare velimus, ita planè ſibi conſtare omnes videbimus, vt nihil prorſus in ijs diſcrepans, nihil non conſentaneum, nihil denique, quod virtutis, & honeſtatis fines tranſcendat, inueniamus. Neque enim tu vnquam vel ab ipſa infantia virtutum igniculos illos à natura tibi, vt ceteris hominibus, inſitos contemnendos eduxiſti, vt eos voluptatibus, otio, inertia, ludis, libidinibus, quemadmodum magna pars mortalium ſolet, ſegnitet elangueſcere, atque emori ſineres; imo cùm primum tibi per ætatem licuit, eos in lucem, atque in iſtam luminis claritatem, qua nihil hodie ſplendidius cernimus, non ſine ſumma omnium admiratione eduxiſti: quæque eſſent hominis partes, cùm apertè intelligere cœpiſſes, eas tibi ſtatim ſequendas, ſanctèque etiam colendas animo

rumve cognitionem cum actione pulcherrime coniunxiſti, vt quæ perpetuo ſtudio, ac diuturnis vigilijs, & ſudoribus es adeptus, ea minime apud te, tanquam defoſſum theſaurum, duceres cuſtodienda, nonnullorum hominum inſtituto, qui ſpreta rerum publicarum adminiſtratione, occultarum tantummodo contemplationi addicti, dum ſibi ſolis vt viuere, ita ſapere volunt, ſibi etiam ſolis ſapientiam ſuam alunt, ſoli in latebris ſuis ea perfruuntur, ciuitatibus ſuis vt nullum detrimentum, ita etiam nullum commodum apportant: Sed ad tuam Rempub. more maiorum tuendam, ornandam, augendam, vti bonum virum, atque egregium in primis ciuem decet, ſtatim vt tibi patriæ leges poteſtatem feciſſent, omnem tuam curam, operam, induſtriam, diligentiam, ſtudium conferres. Ita neque tu poſtea vlla in re patriam, neque te patria vnquam deſeruit, ſed mutuis quaſi operis traditis, & tu illam tanquam filius pietatis plenus parentem tui amantiſsimam ſtudio, conſilio, fide tutatus fuiſti, & ea te viciſſim, vt mater optima, ſuauiſsimum filium beneuolentia, caritate, amore ſemper cõplexa eſt incredibili. Declarant hoc ordine quodam propè perpetuo magiſtratus ampliſſimi, tibi florenti adhuc, atque immatura ætate ab ipſa delati, in quibus innocentiam, grauitatem, continentiam, humanitatem, prudentiam, iuſtitiam, animi magnitudinem, conſtantiam, aliaſque pręterea virtutes tuas eximias, atque innumerabiles quaſi aliquo in theatro explicatas oſtendiſti ſic, vt eas cùm admirentur quidem omnes, tùm nulla vnquam dies violet, nulla ætas imminuat, nulla tem- 107
porum obruat iniuria, nulla deniq; planè vetuſtas deleat. Verum enimuero iſta, in qua nunc magna tua cum laude te exerces, ampliſsima Patriarchalis dignitas cùm non ſe-

ra, cumque in ea adminiſtranda ita te geras, vt ceteros tam glorioſi laboris ſocios, ac conſortes longo poſt te relinquas interuallo, à nullo propemodum ipſe relinquaris; optimo quidem iure omnes te nunc præſentem, tanquam de cœlo lapſum, intuentur, tanquam præſidem venerantur, tanquam Heroem aliquem è priſcis omni virtutum genere ſpectatiſsimum ita admirantur; vt meritò tui nominis ſplendor ſit immortalitati apud omnem poſteritatem in perpetuum conſecratus. Sed dies ipſe me citius deficiet, quàm poſsim ſingulas tuarum virtutum laudes enumerare, aut conſequi dicendo, quæ nullis cuiuſquam tametſi diſerti, & grauis vel ſcriptoris, vel oratoris vocibus, aut litteris, multo minus exili hac voce, atque inculta oratione mea pro dignitate ſatis poſſe commendari videntur. Quod cùm diligenter tecum ipſe conſideraueris, tunc me etiam venia fortaſſe non indignum exiſtimabis, qui virtutis tuæ præſtantiam, non prius exploratis ætatis, & ingenij viribus me poſſe verbis aſſequi ſperauerim; ſed tua ſingulari fretus humanitate, confido, te, qui tam benignè aures dicenti mihi dederis, eundem quoque non difficilem in danda venia fore; vt non tam ipſius orationis tenue filum, quàm animi mei ſummam alacritatem reſpexiſſe uideare. Pro quibus tantis tuis in me meritis quid aliud tibi à D.O.M. ardentiſsime precabor, quàm vt ſenili iſti prudentiæ, quam omnes in præſentia colunt, & venerantur, ſenectutem olim tibi viridem, firmamque corporis valetudinem in longè ampliori dignitate conſtituto cumulatiſſime prorſus addat? qua fultus me quoque in tuam fidem, quæ tua eſt benignitas, iam pridem receptum diutiſſime tueri, iucundiſsimaque aſpectus tui præſentia exhilaratum detinere poſsis.

Dixi.